1514º c. 19. Decembr —

# Sigismundus Primus Rex Poloniæ
# Palatinis Prussiæ —

136

Mgfce, sincere nobis dilecte —
Celebraturi sumus, ad proximam Domini:
:cam Septuagesimæ Conventum Generalem
Cracoviæ, ad necessitatem omnium Domi:
:niorum et subditorum nostrorum, et exinde
uti ex nostro nuntio, quem ad nos missu:
:ri sumus cognoscetis, tam cum Imperiali,
quam cum Fraterna Mtibus, ante medium
Quadragesimæ conveniemus. Est ideircò
necessarium, ut in Grandecz nostro Oppi:
:do pro die Dominico proximo post Fe:
:stum Stæ Priscæ, Conventum celebretis, et
inde ad nos, ad Cracoviens. Conventum, Nun:
:tios industrios et instructos transmittatis
ut quæcunque agenda erunt, communi o:
:mnium consiliò agantur, et gerantur. Eun:
:dem itaque Conventum, pro die et loco præ:
:fatis vobis indicimus. Tuæ itaque Sinceri:
:tati mandamus, faciat in suo Palatina:
:tu more consuetò, Conventus ejusmodi ce:

:lebratione

ejusmodi celibratione pro die præfato, et in loco nominato indicere, ut hos non la-teat, quorum ſcire intereſt, ne postea ab-ſentiam ſuam ex ignorantia cauſentur. Sic factura pro gratia nostra — Datt. Vilnæ Die Decima Nona mensi Novembris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Decimo Quarto —

DD